BERNOLDUS CONSTANTIENSIS. ADELMANNUS LEODIENSIS, TRACTATUS DE INDULGENTIIS

12. Jh. Seite 60r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift

num credunt. quorum similes sunt illi cum ad sanctam ecclesiam
ueniunt baptizantur. quia baptismum non fuit. quod in erro
re positi in sanctę trinitatis nomine non acceperunt.
Et orientales quidem patres non solum arrianos sed et no
uationos tesserescedecaditas et fotinianos per cris
matis unctionem recipiendos statuerunt in laodicen
si concilio legitur. Multo tamen competentius occidenta
les huiusmodi hereticos absque crismatis unctione
suscipiunt. ne sacramentum confirmationis iterasse
uideantur quod illi cum ipso baptismo ab hereticis
multociens acceperunt. cuius inquam sacramenti eque
ut baptismi iterationem uitare debemus. Hinc
beatus siluester papa cum episcopis arelatensis concilii sua
auctoritate congregati et confirmati decreuit. ut
conuersi ex arrianis si in trinitate baptizati essent.
per solam manus impositionem reciperentur sin autem bap
tizarentur. Idem quoque in niceno concilio. si non corpore
tamen auctoritate per legatos suos presidens noua
tianos tandem per manus impositionem decreuit
recipiendos. Item beatus innocentius papa. arri
anos inquit ceterasque huiusmodi pestes conuersos ad